



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **F. Ioannis Andreae Copensteinii, Ordinis Prædicatorum Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ Calvino-Catecheticæ**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Moguntiaë, 1626**

I. An cuiusque certitudo salutis in hac vita sit vnica consolatio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35247**

## AD QVÆST. I.

Quæ est vnica consolatio in vita & morte?

## I. An cuiusque certitudo salutis in hac vita sit vnica consolatio?

CALVINVS *Instit. lib. 3. c. 2. § 36. 37. 38.* eam affirmat, & acriter propugnat, ac prolixè.

MINISTER item eum Catecheli confirmat eandem contra Excaluinizatorem Parochum; vt qui pro Iesu Christi sum proprius, reposuit: *Esse debeam ac possim proprius.* Item pro illo Catecheteo, *ME quoque suo spiritu de vita æterna CERTVM facit;* scripsit: *Spem quoque nostram de vita æterna certam facit.*

Suaudet I. Scripturis: 1. Corinth. 6. *Non estis vestri; sed Christi.* Rom. 14. *Sive viuimus, sive morimur. Dominis sumus:* Ergo non solum esse debemus, ac possumus. Nac mutatio parochiana est in vocis numero plurali; sed in ESSE mutato in *Posse & debere.*

2. Enumeraciones in scripturis vniuersales fieri vnicuique particulares ac proprias manifestum est.

3. Deinde qui *esse deo*, possum non esse; at in hoc quæ consolatio est? Agrippa, Act. 26. *Propemodum persuadebatur fieri Christianus:* quia non erat, quod esse debebat; nihil ei profuit. In *posse esse proprium Christi* nihilo maior consolatio est: *Quia à Posse simpliciter non valet consequentia ad Esse.*

4. Dicere *Potentia humanâ posse nos esse Christi*, Pelagianismus est, scripturæ contrarius. Nullâ agnoscit S. Scriptura in homine propriam potentiam ad bonum spiritale; sed *sufficiencia nostra ex DEO est:* 1. Corinth. 5. *Qui in nobis, Philip. 2. operatur & vult, & perficere.* Itaque vt aliquid sit, ad actum re, uiruntur duo, potentia, & voluntas simul, sine quorum alterutro actus produci nequit.

5. Ratio accedit: 1. Corinth. 6. *Non estis vestri; NÂ M. empti estis pretio, 1. Pet. 1. pretioso sanguine Christi.* Itaque proprii sumus Christi. Hæc consolatio elidi *improbi & coniecturalem*, quam docet Romana Ecclesia, fidenciam; quæ hæsitare nos vult in vita & morte an certò simus Christi proprii.

RESPONDEO vniuersè: Nemo in hac vita potest habere de sua Iusticia certitudinem fidei; Neque statim certò potest, ac debet, se esse predestinatum, nisi ex speciali reuelatione. Vtrumque demonstrauit in meo *Luthero-Caluinista par. 4. qq. 66. 67.*

DICO AD I. iam ad eam, similesq; in Catechismo autoritates dixi: De Iure sumus Christi; at de Facto esse possumus ac debemus: Ideoq; fallere Caluinismum in sensu ambiguo, dum Communem Iuris capit pro speciali Facti. Communem vero sensum de iustis vniuersè, esse fidei:

specialem de vnoquoq; esse spei cum timore. Deinde: in specie omnes sumus Christi proprii de iure, & facto singuli: sed quidam ad gloriam sunt Christi eos coronaturi; quidam ad ignominiam eos cruciaturi: Nimirum, vt recipiat vnusquisq; prout gessit in corpore suo.

AD II. Negatur assumptum, Quia Scripturæ tria testantur: 1. Aut Reuelationem certæ salutis suæ aliquibus personaliter factam: 2. Aut Annunciationem, Promissionemve salutis Omnibus vniuersim factam sonant: 3. Sed Conditionalem vel iisdem locis, aut alibi expressam; certè subauditam tacite.

At vero Minister, & Luthero-Caluinismus, talium Scripturarum Sensum specialiter factæ Reuelationis de certis nominatim personis extendit; & capiendum pertendit esse de omnibus vniuersalem: item Annunciationem, aut Promissionem salutis vniuersaliter factam esse, fierique singulis propriam ac specialem. En abusum S. Scripturæ, ac tuum sectarium.

Enimvero ex parte voluntatis diuinæ Antecedentis, Annunciationes, Promissionesve salutis generales, sunt infallibiliter de fide certæ in actu signato; at in effectu, actuque exercito Deus vellet quidem fieri accessus speciales; quia vult omnes saluos fieri: deberent quoque singuli iustificari & saluari, ac possent; si conditione requisitâ explerent; ac ni sibiipsis deessent, vt lib. arbitrij creaturæ, in cõsilio manuum suarum relicta. Atque hinc est, etsi omnes velint saluari; non tamen omnes perinde volunt efficaciter.

Deinde, si omnes saluari uolunt, qui uolunt, quique specialiter credunt; damnaretur nullas: quod hæreticum est.

AD III. concedo: totum; simul in Ministrum suum retorqueo discursum: (tua recipe uerba:) *Quod deo esse, possum non esse: sicut Agrippa.* Ergo, inquam certitudinè salutis habere nõ possum; proinde neq; vllâ inde consolationem infallibilem: sed spem bonam, timoremq; filialem, & curâ faciendi per bona opera certam uocationem meam: sic tamen, vt cum omnia feci, dicere habeam, *seruus inutilis sum.* (Iterum tua recipe retorta:) *A Posse simpliciter ad Esse non valet consequentia:* Ergo, inquam, licet in promissionibus salu-

salutis generalibus possim ac debeam esse: non tamē idcirco SVM certus me ESSE. Certi sumus iure communi Creationis, Redemptionis; stri-ctiore etiā ac propiore tū Baptismi, caractere nos impresso consignantis; tum Fidei, Christo nos captivantis, & emancipantis, sumus Christi proprij; sed ego, nec quāquam est certus, se conditione in requiritā praeiussisse SVO, vt oportet: qualis est; an verā & caritate viam habeat Fidem; de reuelatis; an spē rectam de promissis: an carit. aē in preceptis ritē obseru. is praestiterit; an vsq; ad finem sit perueaturus, &c. Vnde vt certus sum me habere ius ad rem salutis; ita, me ius in re habiturum, incertus sum: sed piē spero, oro, optoq;.

AD IV. Minister mihi affingit dicere, quod nec cogitare auiam. Nā solā potentia humanā, seu viribus natura solus & lib. arbitrij posse quēquam esse Christi: hoc, inquam, Pelagianismum esse demonstraui in *Genealogia* p. 4. q. 14. & in *Luthero-Caluinista* p. 4. q. 47. 48. & in *Anti-christo* p. 4. q. 28. vbi quoq; liquet falsitas istius Caluinismi: Nullā agnoscit S. S. rip. ra in homine propriam potentiam ad bonū spiritale: Principalē; verū est: Accessori in seu Cooperatoriam; saluum est. A deo Potestas Dei, & nostra voluntas requiruntur ad actum iustificationis necessarios; illa vt causa efficiens primaria; hæc vt secundaria.

AD V. Iam liquet ex di. & is: Redemptio nostri in sanguine Christi communis est omnium, & sufficiens. & certa de fide, in se; sed in Conditione præstita sufficiens, certus est nemo: esse tamē spes debet cum timore filiali, concepto non ex parte Dei, fallere nequientis, nec volenti; sed sui cuiusq; deficere valētis: eritq; salus in re, nō cutren. tum omnium, sed comprehendētium ex gratia Dei miserentis. Atq; talem recte docet *1. Cor. 10.* Ecclesia Romana contra præsumptionem Luthero-Caluinianam.

II MINISTER. I. Veritas catechetica pbatur Ro. 8. Ipse spiritus testimonij reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & heredes, &c. Iob. 19. Scio quod, &c. in carne mea vi. lebo Deū. Ro. 8. Certus sum, quod n. q. mors, &c. nos separabit à charitate Dei. 2. Tim. 1. Certus sum eum posse depositum meum seruare in illam diem. Dicunt: ex special. reuelatione eis contitisse. At quo te- ste? Et Apostolus quod de se, affirmat etiā de omnib;.

2. Tim. 4. 7. 2. Cor. 5. 1. Rom. 8. &c. 2. Parochus app. o- ba, q. carpit: dicit cum Catechisi: *Deo spem nostram d. vita æterna certā facit: ergo sumus certi; aut siincer. i semper, quomodo spes ea certa est?* Rom. 8. *Spe salui facti sumus, cā, quæ non confundit, vt infallibilis.*

RESP. AD I. Apostolis tuæ salutis certitudo cōstabat ex Christo re. & laute: *Vos amici mei estis: Dixi vos amicos, &c. Ioan. 15. Luc. 12. Mecum eritis. Ministr. abo vobis, &c. Apostolo & Iob. reuelationē factā cōst. t. ex ipsis ijs locis, quæ allegat Mi- nister. Sed & Spiritus testatur spiritui nostro, sc. in spe, inq; fide generali, nō speciali. Affirmat a. Apostolus de se ex fide speciali sua d. se, q̄ habere debuit vt reuelatā: at de alijs, in spe bona.*

AD II. Vanē Minister triumphat me ex me: iudicet Lector, an mihi contradicā: Spe sumus certi salutis, ratione Dei promittētis; incerti ratione nostri, *Spes autē non confundit, sc. seu uata finaliter; & nisi nos ipso ex nobis ipsi cōfundamus; Fide item sumus certi, certitudine conditionata id est, orthodoxa; non absoluta, id est, Luthero-Caluiniana.*

Paulus reuelationem suam prædicat & aliis eandē; sed nō eod. modo. Nam de se absolute ac definite, ex fide: alijs conditionale cum spe. II. *An Mortis ac satisfactionis Christi specialē sibi facere Applicationē possint infallibiliter singuli ad salutē certā, & consolationē?*

CALVINVS Institut. l. 3. c. 2. § 39. Possē ac debere contendit; abell. q; præcul omnen præsumtionē: *Quid, ait, quod Spiritus S. inu. u. sumus, qui fide, opus etus peculiarē, ab ipso separamus. Hæc cū prima sint piet. utis tyrocinia, miserrima est cecitas, arrogantia notari Christianos qui Spiritus S. præsentia gloriari ausini: sine qua gloriatio Christianismus ipse non constat.*

MINIST. I. Verbi absolute affirmat cū Catechismo suo. 2. *Suadet, Quia enunciationes generales in scripturis sunt, suntq; particulares eiq; fid. li. ac proprie: Confirmat testimonij pluresculis & Apostoli, & Dauidis, quæ me forte nunquam legisse dicit. 2. Dein quærit: Cūr minus mortem Christi, fide sibi applicare possint Singuli, quā Omnes? Possē singulos perinde, ac omnes, suadet ita: Si iustus seipsum tentat & probat, 2. Cor. 13. an sit in fide, i. verē fidus; & ipse sentit per Dei gratiā verā in se fidem, qua per caritatē & omnia opera bona sit cōi. y. s. d. n. Gal. 5. & quod Sp. sanctū habeat in se & habitantē & operantē, 1. Cor. 6. Quid ob. stabit, quo minus firmissime credens diuinis promissionibus, omnib; fidelibus factis, certo credat, & vere possit affirmare, Christum, sicut mortuus est pro omnib; fidelib; etiā mortuū esse pro se. Confirmat ex Pfalteriis & Litaniis Roman. & S. Patribus.*